Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

angus

27) Cassiodorus Chron.

28) Tabula plumbea.

29) Anonymus Passaviensis. Quid sit Oratorium, explicat ~~Dufresne~~ in Glossar. Oratoria dicta sunt sacella domestica aut privatae edes sacra, in agris et villis extructa, quae parochiarum jus non habent. Ad quae verba Rechlins: Ergo praeter Ecclesiam Majensem intra muros, Valentinus habebat Oratoriolum extra illos. Ubi videtur supponere, Majas jam tum fuisse urbem muris cinctam, quod mihi quidem nemo persuaserit. Longe credibilius existimo, Majas tunc non fuisse nisi pagum dispersis villis obsitum; et post obitum demum S. Valentini ob celebritatem sepulcri ejus, et hominum ad illud conflurum in urbem evasisse. Calmetus Comm. in Reg. S. Ben. C. LII: Oratorii nomen habent illa loca, in quibus officia sua peragant Monachi, sicuti ecclesia, in quibus orationi privatim et secreto vacant fidoles: parva olim erant religiosorum Oratoria, secularibus praesertim per clausa. Non negaverim equidem, etiam aliam forte ecclesiam praeterea ~~fuit~~ fuisse a Majensibus ad S. Valentini monita constructam; non tamen in urbe, quae nondum fuit; neque parochialem, quae tunc sola S. Petri apud Teriolos fuit, ut supra ~~adver~~ observatum.

30) Anonymus Passav. Consentiunt Propria circa praesentiam obitus.

31) De Commilitonibus vide supra Add. 21.

32) Anonymus Passaviensis apud Surium ad 4 Aug. Antea Valentinus Oratoriolum, nunc Ecclesiam dicitur condidisse: at non est ulla ejus distinctione. Nam Oratoriolum in loco ab hominum tumultu separato esse constructum, docet Anonymus: atqui Ecclesia, in qua humatus est S. Valentinus, erat tunc temporis ab hominibus separata, quia sita ~~ad radicem montis angulum formantis~~ inter montem angulisiguram hodiedum referentem, et Passerem fluvium angulam illum a tertio latere claudentem: prout ex Antonine vit. S. Corbiniani infra intelligemus. / Caeterum de ~~tempore et loco obitus ~~ obitus recte observat Rechlinius Valent. Ms. p. I, C. 25; errare Stanftkium et Bollandum et Brunnerum, qui Majas Meffek interpretantur: cum tamen ~~non~~ Meffek septem milliaribus Germanicis a Majis distet, et in Instrumentis monumentis latinis semper Amatia, nunquam Maja nominetur. Porro an in suo Oratorio vel Monasterio obiit? Rechlin dat idem: Die alte Tradition ist jedoch der Ende (Majis nempe) allgemein, dass der heilige Valentinus in dem Thurme

/ Erat autem Bartholomaeus Tridentinus in Ms. Georgiimontano ~~apud Rechlinum in Vat. Ms. C. 25~~ dum Valentinum in Ecclesia S. Zenonis sepultum tradit, ita scribens: S. Valentinus Episcopus in Ecclesia S. Zenonis, quae sita est in monticulo super fluvium Passare inter castrum Tirolense et villam Mays cum sancto Corbiniano Frisingensi Episcopo sepultus fuit. Neque enim hanc Ecclesiam ipse Valentinus construxerat, neque ejus honori dicata unquam fuit.